# Franciſci Sale Muſici Cæſarei,

# OFFICIORVM MISSALIVM,

## QVIBVS INTROITVS, ALLELVIA ET COMMVNIONES DE OMNIBVS OMNIVM SANCTORVM PER totum anni circulum, diebus feſtis & ſolennibus Quinq; & Sex vocũ cõtinentur

## LIBER SECVNDVS.

# BASSVS.

*Anagramma* παραινετικόν.

***FRANCISCVS SALE,***

***En: Fac Sis Clarvs.***

*Laudis amatores ſumus omnes: omnia laudis*
*Exacuunt ſtimuli: gloria calcar habet.*
*Et decet hoc. quis enim tanto torpore tenetur;*
*Nolit ut a gratâ nomina laude vehi?*
*Nullus opinor erit: vel erit ſi fortè; carebit*
*Vanus is haud ſane munere naris homo.*
*Quem laus non charum, neq; clarum gloria reddit;*
*Hunc vixiſſe parum poſſe iuvare puto.*

*Vitam longa breuem compenſat fama nepotum:*
*Perpetuum nomen qui bene vixit habet.*
*Sed bene vivit; amans qui Numina nomina famæ*
*Muneris & ſtudij parte vel arte dicat.*
*EN Franciſce: canens* FAC *vt* SIS CLARVS *ab arte*
*Quod facis, & charus nomen habere queas.*

*Ioannes Linck Celichius Sileſius*
*beneuolentiæ ergò faciebam.*

# REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO D. STANISLAO PAVVLOVIO DEI ET APOSTOLICAE

Sedis gratia Epiſcopo Olomucenſi, regiæ Capellæ Comiti &c. Domino D. ſuo obſeruandiſsimo & gratioſiſsimo.

PYthagoras qui primus omnium eſt appellatus Philoſophus, (Reuerendiſsime & Illuſtriſsime Princeps) cuius tanta fuit apud veteres opinio, vt eius etiam ſine ratione valeret autoritas; tanta admiratio, vt ex eius domo templũ facerent eumq; pro Deo colerent: Muſicæ vſq; adeo multum tribuit, vt mundum ipſum, non citra Muſicas rationes concinnatũ, compoſitũq; aſſereret, & argumentorũ ſubtilitate probare conaretur. Nimium fortaſſe cuiquam in huius artis laude prouectus, atq; etiã vltra veritatis metas videri poteſt: ſed ignoſcendum eſt homini & illa ætate rudis ſapientiæ nato, & nulla Dei veri cognitione illuſtrato; præſertim in eius Artis lucẽ oculos intendẽti, quæ facile perſpicaciſsimi cuiuſq; aciem perſtrinxerit. Tanta enim eſt Muſicæ antiquitas, vt cum rebus ipſis nata; tanta nobilitas, vt è cœlo delapſa; tanta iucunditas, vt dulcedine ſua cuncta viuentia demulcere videatur; poſtremo tanta vtilitas, vt nulla pars vitæ humanæ ea vacare poſsit. Quæ res adduxit Platonem, vt ciuili viro, quem politicum vocat, Muſicam inter diſciplinas illuſtres eſſe collocatam, quam vnà cum literis & gymnaſtica adoleſcentes priſcis temporibus diſcere conſueuerint, commemorat. Deniq; ſic à veteribus creditum eſt, tam turpe eſſe Muſicam ignorare, quàm literas; vt mirum videri non debeat Socratẽ oraculi iudicio ſapientiſsimum iudicatum, iam ſenem ac morti vicinũ canere didiciſſe. Hæc enim eſt Ars, quæ mœrentes conſolatur, languentes excitat, timidos animat, iratos cõponit, ægrotos leuat, pacem lætificat, bellum exacuit, curas depellit, labores alleuat, dolores mitigat & ſæpe tollit, conuiuia condit, funera cohoneſtat, ſacrificia condecorat, Deum placat; nec vlla omnino eſt liberalium artium, quæ tam intimè ſe rebus diuinis inſeruerit, quàm Muſica. Hinc illæ in diuinis literis tam frequentes ad cantandum inuitationes.

Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra, Cantate ei canticum nouum, benè pſallite ei in vociferatione. Pſallite Deo noſtro pſallite: pſallite Regi noſtro pſallite. Poſtremo tanta eſt huius Artis ſiue dignitas ſiue iucunditas, vt illa ciuium cæleſtium inexplicabilia gaudia, non ferè aliter, quàm cantu perpetuo in ſacris litteris explicentur. Quæ mihi cauſæ extiterunt, vt hanc artem, quam puer auidè arripui, in hanc vſq; ætatem ſtudioſè colam, & pro mea facultate exornem. Atq; cùm ante annos aliquot, officiorum Miſſarum ſolenniorum tomum primum in magno folio, mea & Typographi ingenti iactura ediderim, ac Reuerendiſsimo & Illuſtriſsimo Principi D. D. VVolff: Theodorico Archiepiſcopo Salisburgenſi dedicauerim; Secundum eorundem diuinorum officiorum tomum minori hac forma excuſum, Reuerendiſsimę & Illuſtriſsimę Celſitudini tuæ (quanquã ignotus) humiliter offero. Ea eſt enim toto orbe Illuſtriſsimæ Celſitudinis tuæ gloria, vt nemo ſit, quanquam longe remotus, qui præſtantes & heroicas tantoq; Principe dignas virtutes Illuſtriſsimæ Celſitudinis tuæ ignoret; labores & ſtudia pro Eccleſia Dei, pro Rep: Chriſtiana ſuſcepta non ſciat ac prædicet. Quæ res, me hominem alioqui ignotum excitauit, vt has lucubrationes ac vigilias meas Celſitudini tuæ Illuſtriſsimæ dedicarem, ac pro felici noui huius anni auſpicio conſecrarem: Deum Opt: Max: rogans atq; obſecrans, vt Reuerendiſsimã ac Illuſtriſsimam Celſitudinem tuam his tam perturbatis tẽporibus ſaluam & incolumem ad Eccleſiæ ſuæ vtilitatem & ſplendorem quam diutiſsimè tueatur. Datum Pragæ pridie Calendas Ianuarias: Anno Domini M. D. XCIIII.

*Reuerendiſsimæ ac Illuſtriſsimæ Celſitudinis tuæ*

*Humillimus ſeruus.*

*Franciſcus Sale*
*Cæſ: Mai: Muſicus.*

# In die Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. VI. Vocum: Introitus.




D
Omine probaſti me & cognouiſti me,tu cognouiſti ſeſsionem meam.
ET reſurrectionem meam meam.
A
Llelu- ia.
ALle- lu- ia alleluia.
Ver- ſus.
P
Aſcha noſtrum immola- tus eſt
ij
CHri- ſtus.


Se-
quent:
A
Ggnus re: Chiſtus reconciliauit peccatores
Quatuor vocum.
D
Ic nobis Mari a, Dic nobis Maria quid vi- diſti in via quid vi-
diſti in viaquid vidiſti in via?
Organa tacent.
Sepulchrũ Chriſti
Angelicos teſtes
Surrexit Chriſtus
tacet.


Quo finito, Chorus
ſubito reſpondet,
C
Redendum eſt magis ſoli turbæ
fallaci: q̃ Iudeorum turbæ fallaci turbæ fallaci.
Omnes cũ
Organo.
S
Cimus Chriſtũ ſurrexiſſe à mortuis vere tu nobis
victor rex miſerere.


P
Aſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus:
ALlelu- ia: Ita-
q; æpu- le- mur in a- zimis ſince- ritatis & ve-
rita- tis: Alle- luia, allelu- ia.

# FERIA SECVNDA POST PASCHA.

## Introitus.




Confitemini Domino & inuocate nomen eius.
Annun- ciate inter gentes ij
opera eius ope- ra eius, opera opera eius.
Contrapunto doppio.
Alle- luia.
Alleluia alleluia ij alleluia,
Angelus Domini deſcendit de cœlo, & accedens.
Reuo- luit lapidem la- pidem
& ſede- bat ſuper eum, ſuper ij ſuper e- um.
Replica del cōtra punto doppio.


Cõmu-
nio.
ALle-
luia.
ALle- luia alle- luia, alleluia.
SVrrexit Do-
minus:
Et apparuit & appa- ruit Petro alleluia ij
alleluia alle- lu- ia ij alle- luia.

# FERIA TERTIA. Introitus.



Confitemini Domino & inuocate nomen eius.







Alle- luia.







Verſus.

Surrexit Dominus de ſepulchro qui pro nobis.







SI conſurrexiſtis cum Chriſto.
QVe ſurſũ ſunt quæ- rite, quæ ſurſũ ſunt quæ-
rite Alle- luia in dexte ra Dei ſedens ij Dei ſe-
dens quæ ſurſũ ſunt ſa- pite, quæ ſurſũ ſunt ſa- pite alle-
luia alle- luia.

# In die Philippi & Iacobi.

## Introitus.



A Lle-luia.







TAnto tempore vobiſcum ſum & non cognouiſtis me:







*Communio. Tanto Tempore, habetur in ſecundo libro mearum Sacrarum cantionum quinq; & ſex Vocum.*

# In die Aſcenſionis Chriſti.

## Introitus.



ALle-luia.




Ver-ſus. Dominus in Syna in Sancto, aſcendens in altum.







*Communio.* P S A L L I T E D O M I N O *habetur in ſecundo libro mearum Sacrarum cantionum quinq; & ſex Vocum.*

# In feſto Pentecoſtes. vi. Vocum.

## Introitus.

SPiritus Domini.










EXurgat Deus, & diſſi- pentur inimici eius.



ALlelu-ia.




Veni ſanᴐte Spiritus reple tuorum corda fidelium.







V







In Labore tacet.
Sine tuo numi: tacet.






*Communio.* DVM COMPLERENTVR, *habetur in primo libro mearum Sacrarum cantionum quinq; & ſex Vocum.*

# FERIA SECVNDA POST PENTECOSTEN.

## Introitus.






## FERIA TERTIA Introitus.




gnavoca- uit al- leluia al-
leluia ij alle- luia ij alleluia, Ver-ſus.
ATtēdite popule me-us legem meam:
IN- cli- nate aurem veſtrā in verba oris
mei in ij in verba oris mei,
Alleluia Veni S. Spiritus vt in die Pentecoſtes.

SPiritus qui à Patre procedit.







# In feſto Sanctiſsimæ Trinitatis.

## Introitus.

BEnedicta ſit.







confitebimur e- i quia fecit nobi- ſcū miſeri-
cor- diam miſericor- diam miſericor- diam ſuam mi-
ſe- ricordiam ſuam miſericordiam ſuam.
Ver- ſus.
Benedicamus Patrem & filium.
Cum ſancto Spiritu cū ſancto Spi- ritu.

ALle-luia.







Ver. ſus-

Benedictus es Domine De- us Patrum noſtrorum.







*Communio.* BENEDICIMVS DEVM, *habetur in primo libro mearum Sacrarum cantionum quinq; & ſex Vocum.*

# In feſto Corporis Chriſti.

Introitus. Cibauit eos ex adipe: Require
Feria Secunda poſt Pentecoſten.




gui- nem.
In me ma- net & ego in e-
o.
Se- quent:
Vantum potes tantum gaude quia maior omni laude quia ij
nec laudare nec laudare ſufficit.


Vem in ſacræ menſa cænæ menſa ij turbæ fratrũ
ij duo denæ datum nõ ambigitur.
Dies enim tacet.
Vetuſtatẽ tacet.
Octi ſacris inſtitutis panem vinum ij in ſalutis
conſecramus hoſtiã cõſecramus hoſtiam.
Vod non capis animoſa firmat fides, animo- ſa firmat


Duabus vocibus.
fides præter rerũ ordinẽ præter rerũ ordinẽ ij
Vel hoc modo.
CAro Caro cibus ſanguis po-
tus, manet ta- mẽ Chri- ſtus to- tus ſub vtraq; ſpeci-
e ſub vtraq; ſpe- cie ſub ij ij
Sumit vn⁹ tacet.
FRacto: Ne Vacilles ſed memẽto tantum eſſe ſub fragmẽto quã-


Ecce panis tacet.
In figuris tacet.
tum to- to quantũ toto tegitur.
F
Actus cibus viato- rum vere panis fi- liorum nõ
Cum iſaac immola- tur Agnus paſchæ deputatus da-
mittẽdus canibus nõ mittẽdus canibus ij
tus mãna patribus datus mãna patribus ij
T
V qui cũcta ſcis & vales qui nos paſcis hic mortales tu
nos ibi cõmenſales ,tu,ij ij fac ſanctorũ ciuium ij


Votieſcunq;, Manduca: ET calicem bibetis mortē domini an-
nunciabitis donec veniat itaq; qui- cunq; manducauerit
panē & biberit calicem domini indig- ne reus erit corporis & ſanguinis domi-
ni al- le- lu- ia allelu- ia al- leluia.

# In feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ

## Introitus.




Bonum eſt confiteri Domino:
ET pſallere nomini tuo
altiſſime.
Sex vocū.
ALleluia:
ALleluia
alle- lu- ia, alleluia.
Verſus-
TV Puer Prophe- ta altiſ- ſimi
vo- cabe- ris:
PRæi- bis an- te Do-


mi- nũ parare vias e- ius.
Com- munio.
TV Puer Propheta al- tiſsimi vocaberis.
PRæi- bis
enim ante faciem Domini ante ij parare para-
re vias eius vias eius.


Vidi a-
quam.
EGredien- tem de tem-
plo à latere dextro à ij alleluia ij
alleluia alle- lu- ia : ET omnes ad quos perue- nit aqua iſta
ſalui facti ſunt ij ſal- ui ij & dicēt al-
le- lu ia.


Ver- ſus.
Confitemini Domino quoniam bonus:
QVoniam in ſeculum miſericordia
eius miſericor- dia e- ius.
Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto:
SIcut e- rat ſicut e-
rat in principio & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculo- rum amen ,ſecu-
lo- rum a- men amen amen.

FINIS.

# *FRANCISCI SALE,*

# Index officiorum Miſſalium quinq;

## & ſex vocum in hoc ſecundo libro continentium.


| | | |
|---|---|---|
| Reſurrectionis D.N. Ieſu Chri: | *Reſurrexi.* | *folio* I. |
| Feriæ ſecundæ } poſt Reſu: | *Introduxit vos Dominus* | VII. |
| Feriæ tertiæ } poſt Reſu: | *Aqua ſapientiæ.* | X. |
| S. Philippi & Iacobi | *Clamauerunt adte.* | XIII. |
| Aſcenſionis Chriſti | *Viri Galilei.* | XV. |
| Pentecoſtes | *Spiritus Domini.* | XVII. |
| Feriæ ſecundæ } poſt Pente: | *Cibauit eos.* | XX. |
| Fetiæ tertiæ } poſt Pente: | *Accipite iocunditatē.* | XXI. |
| Sanctiſsimæ Trinitatis | *Benedicta ſit S. Trini:* | XXIII. |
| Corporis Chriſti | *Cibauit eos.* | XXVI. |
| S. Ioannis Baptiſtæ | *De ventre matris.* | XXXII. |
| | *Vidi aquam.* | XXXV. |



Cum Gratia & Priuilegio Cæſ: Mai: cū expenſis Authoris ad decem annos.

*PRAGAE, Excudebat Georgius Nigrinus.* *M. D. XCIIII.*